1
U BAV Lat. 2826 fol. 153v
c. 8

PAC IV, 1 / 605

Anima nimis misera infelix scelestissima probra gessisti | omnia tormenta lues pessima lugenda nimis quia torquenda es aeternis cruciatibus.
Breui pro luxu saeculi. | plorabis in perpetuum. frustraque ab imo pectoris | altis gemes suspiriis.
Succurre xpe quia benignus es. | et da misericordiam.
Calorcumque libidinis. luxuriando refouis. stridentibus in mediis flammarum rugitus | tribues. Lugent sup.
Dedisti gulę operam. saturata | ad crapulam. serpentibus flammiuomis rodenda. in uisceribus. Succurre sup.
Elegeras in gloria. uana letari | nundinum. ad ima usque feridi. humilianda barathri. Lugent sup. |
Fornicata es post idola. sectando auaritiam. implenda plumbo sulphure pice nigro bitumine. Succurre ut sup. |
Gaudens q, malis proximi. inuides bonis socii. amaro luctu nimium dirum lues iudicium. Lug ut sup. |
Haesisti omni uitio. omni digna supplicio. quapropter sine uenia torqueberis per saecula. Succurre. |
In die quando misera. hoc absolueris corpore. cogi | ta quam terribiles tibi occurrant demones. Lug |

x 17a

!

Kaminus ignis torridi. uermes morte inpauidi. | ingrando gelu glacies pruinate suscipiet. ut sup. ||